



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Cap. 7. De gratiarum actione post communionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

panis) per Verbum Dei conuertitur in Corpus Christi: & peccatorum duritia, & iusti frigiditas, nec multus verbus & Spiritus sancti operationibus perducitur ad conuersionem. Omni igitur conatu satagamus hæc sacra accidentia imitari in totali nostri abnegatione & conuersione in Christum: neque contenti sumus, vt tanquam panis duntaxat benedictus, qui cum benedictione externa externa propriam etiam retineat substantiam, appareamus & existamus; sed simus, vt clui verus panis consecratus, ne minimam quidem propriæ substantiæ, propriique amoris nostri partem in nobis retinentes.

CAP. VII.

De gratiarum actionem post Communionem.

Toto hoc temporis spatio, quod pretiosissimum est ob realem Christi præsentiam, omni efficaciam ac feruore pertractare debes salutis tuæ negotium, quod in duobus consistit punctis. Primum est, vt de cunctis peccatis toto vitæ tuæ decursu ad præsens instans vsque commissis remissionem petas & veniam, simulque remedium & medicinam pro curandis scelerum plagis præsentibus. Secundum, vt postules adimplerionem Gloriæ Dei in acquisitione Gloriæ tuæ in cœlesti & æterna Beatitudine. Quantum ad primum, dices cum leproso illo Evangelico: Domine, si vis, potes me mundare, à lepra peccatorum meorum: & si vis, potes me sanare à plagis inordinatarum mearum passionum: idque præstare potes in virtute Sanguinis tui, Passionis tuæ, tuorumque meritorum, per merita sanctissimæ Matris tuæ. Ac pro cooperatione tua veros in hunc finem elicis actus doloris contritionisque. Quæcum ad secundum, postulabis æternam salutem ad eundem modum: Domine, si vis, potes me saluare in Sanguine tuo. Sæpe saluus, sis benedictus: si non saluus, sis iterum benedictus: & semper, & in omni statu benedicam nomen tuum in æternum. Præterea, pro gratiarum actione, iuxta men-

h s

teu



tem S. Bonaventuræ, duo considerationes valde neces-  
& necessariae sunt: prima est consideratio annuntian-  
tis sui ipsius: secunda est compassionis Christi, deueni-  
gerendo memoriam Passionis eius.

In prima, quinque ista ventis puncta. Primum,  
*Ex Cap. Quid ex te es? Nihil. Secundum, Quid ex te factus es?*  
*thul. lib. de Peccator. Tertium, Quid esset, nisi Gratia Dei depre-*  
*de B.V. venisset? Peior ipso Dæmonio. Quartum, Quid in gene-*  
*re Natura? Concupiscentiâ & inclinatione ad omne*  
malum præditus es. Quintum, *Quid in genere Gratia?*  
Parum aut nihil profusus, comparatione sanctitatis San-  
ctorum & Dei.

In secunda, non solum piam deuotamque excitabit  
memoriam Passionis Christi, habendo reflectionem ad  
omnia & singula Christi passi membra, ac duos illos  
quos etiam suggerit S. Bernardus, eliciendo actum  
gratiarum actionis, videlicet, & contritionis, simul ad-  
cedendo: gratias tibi ago, Domine, ac peto veniam & misere-  
ricordiam; verum etiam finem fructumque Passionis  
qui est ipsa Resurrectio & Ascensio Christi, sedulo per-  
uolues animo: Unde Alensis in hanc sententiam exponit  
verba illa Saluatoris: *Hæc quotiescunque feceritis, etiam*  
*memoriam facietis, videlicet, in memoriam meam*  
*resurgentis & ascendentis; seu in memoriam mee*  
Passionis, Resurrectionis & Ascensionis. Quæ Ale-  
sis expositio confirmatur per usum Ecclesiæ, quæ  
duobus locis Sacrificii missæ simul meminit precium  
mysteriorum: primo ante consecrationem, &  
deus: *Suscipe sancta Trinitas, hæc oblationem, quam*  
*tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis & A-*  
*scensionis Domini nostri Iesu Christi. Secundo post con-*  
secrationem deus: *Unde & memores, Domine, nos mem-*  
*tui, sed & plebs tua sancta eiusdem Christi Filii tui Do-*  
*mini nostri, eam beatam Passionem, nec non & ab ipsius*  
*Resurrectionis, sed & in caelos gloriosæ Ascensionis.*

& Vincent.  
rm. 2. de  
Corp. Chr.  
per hanc considerationem, ait Sanct. Vincentius ter-  
terius, similes nos reddimus Christo, qui in terris ab-  
huc viuus habuit duplicem saporem: & amarum, ratio-  
ne Passionis suæ; & dulcem, ratione fructus Glori-  
æ. Ita nos verumque participabimus affectum; & com-  
partici-



patiendo Christo in Passione sua, & congratulando nobis in Resurrectione & Ascensione sua. Insuper aduertendum est, quod etiam optimè notat S. Cyprianus, quòd ad memoriam Passionis, non sufficere eam esse speculationem, sed necesse est, sit practica & imitativa. Et ad hunc sensum explent verba illa: *Hoc facite in meam commemorationem, id est, imitationem: ut scilicet, Christianus seipsum offerat Christo sicut videt Christum seipsum suo Patribulisse.* Confirmat hoc idem Spiritus sanctus verbis illis. Quando fueris inuitatus ad conuiuium Principis, in sanctissimo, nimirum, Sacramento, *statue cultrum in pectore tuo.* Firmiter statues mori pro Christo, quemadmodum Christum, conspicias pro te mortuum, dicendo: *Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.* In hoc sensu D. Augustinus intelligit vericulum illum Psalmi 21: *Ederit pauperes, & saturabuntur, legripse, imitabuntur, scilicet, imitando Passionem Christi.* Et in quodam sua epistola asserit, non omnes quotquot cœlesti hoc veltuntur pane, saturati: *saturantur qui imitantur Passionem & mortem Saluatoris nostri.* Idque sufficiat pro gratiarum actione in memoriam Christi, & mortui & resuscitati, & dolorosi & gloriosi: *ut ipsi quoque mente, & in Cruce, & in cœlestibus habitemus.*

S. Cyprianus

Proverb. 23

S. Aug. in

Psal. 21. v.

27. 48.

Idem epist.

120.

### Cap. VIII.

#### De Communionem Spirituali.

Ex dictis superiori capite sequitur, quale Communionem spiritualis debeat esse exercitium erga sanctissimum Altaris Sacramentum. Verum priusquam ad hanc tam sanctæ deuotionis descendamus praxin, operæ pretium erit pro maiori claritatis notitia nonnullas supponere veritates.

Trident.

1. Tres dantur Communionis species: sola, nimirum, Sacramentalis, sola spiritualis, & deniq; Sacramentalis & spiritualis simul. In prima communicans manducat, & non manducat: quia recipiendo Sacramentum, non recipit effectum Sacramenti, nempe, Gratiâ. In secunda com-  
*pusc. l. 58. c. 4.  
 19. c. 20.  
 p. 9, 80.*